

SCRIPTA

Numéro Scripta : 6645

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Goldcliff, Sainte-Marie-Madeleine, dépendance Le Bec (prieuré)

Genre d'acte : charte

Authenticité : douteux

Datation : [1153, janvier-1153, août]

Lieu d'émission : Bristol

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Confirmation de donations faites par Robert de Chandos et autres au prieuré de Sainte-Marie-Madeleine de Goldcliff, dépendance de l'abbaye du Bec.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Berger Élie, Delisle Léopold, *Recueil des actes de Henri II, roi d'Angleterre et duc de Normandie concernant les provinces françaises et les affaires de France*, Paris, Imprimerie Nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France), 1916-1927, 3 vol., n° XLVIII*, t. 1, p. 53-55.

Dissertation critique

Sur la datation de cet acte, voir DELISLE/BERGER, *Recueil des actes de Henri II*, t. 1, p. 53 ; *Regesta Regum ANglo-Normannorum*, t. 3, n° 373, p. 144.

Texte établi d'après a

Henricus, dux Normannorum et comes Andegavorum, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, prepositis, ministris et omnibus fidelibus suis Francis et Anglis et Walensibus totius Normannie et Anglie et Wallie, salutem.

Sciatis me dedisse et concessisse pro anima patris mei G., comitis Andegavorum, et matris mee Matillidis, imperatricis, et Henrici regis, avi mei, et antecessorum et heredum meorum, in puram et perpetuam elemosinam, omnia illa que Robertus de Candos et ceteri fideles ecclesie Sancte Marie matris Domini nostri Jesu Christi de Becco et Sancte Marie Magdalene de Golcliva dederunt in terris, in ecclesiis, in decimis, in dignitatibus, in adquietationibus, in consuetudinibus et in omnibus rebus, in aqua, in terra et nemore et in omnibus ceteris rebus [que] presentis scripti munimine confirmo. Hec sunt autem que Robertus de Candos concessione et confirmatione Henrici regis avi mei dedit et concessit predicte ecclesie Sancte Marie Magdalene de Golcliva pro anima sua et uxoris sue Isabel et filiorum suorum, videlicet moram de Golcliva, sicut Pulmeia vadit usque in Oscam per divisiones aquarum et fossalium, terram de Nova Villa que fuit Eugueni Walensis, terram que fuit Isabel uxoris sue in eadem mora. Rannulfus dedit concessione Roberti de Candos terram quam habuit in eadem mora apud Ernesnesse, totam decimam terre sue de Wales omnium reddituum denariorum suorum, decimam domini sui, decimam mellis in bosco et in piscationibus et decimam molendini sui et pomorum pomerii sui de Karliun et ecclesiam Sanctorum Julii et Aaron atque Albani cum omnibus pertinentiis suis, et ecclesiam Sancte Marie

Magdalene de Golcliva cum decima ad eam pertinente, id est a Sambrina usque Pulcric. In Anglia quoque dedit manerium quod vocatur Siluria cum appendiciis suis, et juxta Siluriam terram de Redehewis et de Derneford, et ecclesiam de Peritona cum terra et decima que ad eam pertinet, et redecimam domini ejusdem ville. Item ecclesiam de Staveia cum omnibus pertinentiis suis et redecimam domini ejusdem ville et redecimam de Bura ; et in terra Sancti Edmundi in Suffolchia decimam domini de Beteford et de Acolt et de Gretingham. Rogerus vero de Candos dedit prefate ecclesie Golclive terram duarum carucarum ad Clivam in Wiltesira ; Isabel autem uxor predicti Roberti de Candos dedit terram suam in predicta mora Golclive. Ranulphus vero de Strengestane dedit terram suam in eadem mora. Willelmus etiam de Batpalmes dedit terram suam in eadem mora concessu Walteri de Candos, et ipse Walterus de Candos dedit manerium nomine Pulpen et terram Walteri in predicta mora, et extra moram Golclive juxta Karlium ecclesiam Sancte Trinitatis. Isabel etiam de Candos et Robertus filius ejus dederunt, concessione Walteri filii predictae Isabel, Prestonam in Sumerseta et Membr. in Devensira prenominate ecclesie Golclive, ubi corpora sua requiescunt. Item Walter[us] de Candos dedit unam carucatam terre apud Staveiam juxta nemus, et aliam carucatam terre juxta castellum. Robertus etiam filius Martini dedit predictae ecclesie Golclive dimidiam hidam terre in Comtona, et aliam dimidiam hidam terre super Menedipp. Morganus filius Oweni et Jorwerd frater ejus dederunt predictae ecclesie Golclive in Oscam unam piscariam que vocatur Quinque Piscarie, et in predicta mora unam terram et aliam piscariam transversam in Osca apud Karlium.

Testibus : Roberto comite Gloucestrie, Milo[ne] comite Herefordie, Manassero Bisset dapifero, Warino Filio Geroldi camerario, Willelmo Filio Hamonis, Roberto de Juvenio.

Apud Bristolliam.